Vous commencez un discours qui dou
rera long temps
a quoi ca me servira-t-il
tu est ce tu t'est assis et tu ne fait rien
Crible, sito przetaka. Cribler, przesiewać
Cribleure wysiewki.
Ecraser du cuivre du sel dans un egrugeoire
zetrzeć, ztłuc pattac cukier, lub sul
la rougeur lui monte au visage
Wstydem się zapłonął

GRAMMATICA GALLICA BREVIS & FACILIS.

Ex Bibl: PP. Camald. Insul. Vigo.

VARSAVIÆ

Typis S. R. M. & Reipublicæ, in Collegio *Scholarum Piarum.*

M. DCC. XLIII.

Ad Lectorem.

NOta, vel ignota eſt Lingua hæc, tibi, Lector amice:
Nota? revolve tamen vel ſemel iſtud opus,
Et facilè ſaltem methodô digeſta probabis.
Sin ignota? precor ſæpius iſta lege,
Et Diſces. Lectorum, aſi non ſis, invidus, unus:
Sis, quæſo, patiens, alter. Vterq; fave.

Bj. Vien. B. III. 9

Illustrissimo & Excellentissimo Domino LUDOVICO *Comiti* POCIEY

Præfecto Caunensi, Olkienicensi, &c. &c.

Illustriss. & Excell: D. *Palatini Trocensis*, magnæ spei Filio, *Antoni⁹ à S Samuele*; Wisniewski, *Scholarũ Piarũ*, *Sal. plur.*

FAcilè ac perfectè alienam Linguam in Patria discere, quòd operosum arduumque sit, prudens rerum indagator nequaquàm inficias ibit: sed eam ex usu potius quã à Magistris & per regulas, & hanc Jtalicã in Jtalia, Germanicam in Germania, Gallicam in Gallia, multò faciliùs & breviori tempore addiscendam esse, magistra experientia luculenter comprobat. Nihilominus, siquidem eo fine, Nos præsertim, legimus audimusq́; ut discamus, & discimus ut doceamus, quidquid circa institutionem in Lingua Gallica, à me lectum, auditũ, ac memoriâ perceptũ intellexi, ut, & communi discendi hanc Linguam meliùs consuleretur desiderio, & Tuam Jllustrissime Præfecte, qui eidẽ in hoc Nobilissimo Nostro Varsaviensi Collegio non segnem navas operã, magis magisq́; mihi atq́; toti Nostro Cætui demererer benevolentiã, id facili & brevissima quantũ licuit methodo colligendũ, typis imprimẽdũ, nec non præclaro Nomini Tuo inscribendum esse duxi. Si quod profectò idioma seu loquendi genus, aut in societate civili & publica, aut in domesticis & privatis negotijs, majore existimatione dignum putemꝰ, hoc vel maximè: quo, ut nullũ, Latinum præter, cũ jucundius tùm magis necessariũ esse videtur, sic omni studio, omniq́; contentione animi appetendum. Quemadmodũ enim Græca antiquioribus sæculis, ita præsentibus Lingua Gallica, jure merito sibi inter cæteras, (absit invidia verbo,) præcipuas partes vendicat: vix aliqua sanè in Europa natio humanaq́; societas superest, quæ illam ultrò callere non curet: ea potissimùm ex causa, quòd omnis generis ac ad omnem statum pertinentes Libros, jam Historicos, Geographicos, Mathematicos, Philosophicos, Politicos, jam Sacros & profanos, Oratores & Poëtas, ac quibus, ad

nunciationis Gallicæ, eſt, ad ſimilitudinem Pronunciationis vocum Latinarū & Polonicarum, ut patet; magiſq; ex ſequentib⁹ in particulari patebit.

§. I.

De Vocalibus.

A Simpliciter pronunciatur ut apud Latinos, niſi quando ponitur ante literam *i* cum duobus ſupra punctis, tunc pronunciatur ut *e*, vg. ruſticus *païſan*, Patria *païs*, &c. pronunciatur: *peizan*, *pei*.

E 1mo ſine accentu, in medio ſæpe, in fine verò vocis nunquā pronunciatur, vg. *grace* gratia, *grande* magna, *doucement* placidè; pronunciatur ſolū ſic: *gras*, *grand*, *duſman*. Itē ante *nt* in tertijs Perſonis Num. Plur. non tantùm *e*, ſed & integra Syllaba *ent*, non dicitur, vg *parlent* loquuntur; pronunciatur: *parl*. 2do ſi *é* eſt cum accentu, pronunciatur ſemper, vg. ſanitas *ſanté*, bonitas *bonté*, &c. pronunciatur ut ſcribitur: *ſanté*, *bonté*. Item ante literas iſtas *r*, *t*, *z*, pronunciatur, vg. *parler*, loqui, *foret* ſylva, *aprez* poſtea; ſic: *parlé*, *foré*, *apré*. Idem dicendum de vocibus unius ſyllabæ, ut: *je*, *me*, *te*, *ſe*, *le*, *que*, *ce*, *ne*, *mes*, *ſes*, *les*, *ces*, *des*, nec non, *aupres*, *aſſes*, *avec*; in quibus *e* ut eſt, pronunciatur. Quomodò autem, an clare & apertè, an verò obſcurè, ejuſmodi *é* pronuntiari debeat, viva voce potius exprimendū. 3tio ante *m* vel *n* in eadem ſyllaba *e* legitur ut *a*, vg. fæmina *femme*, infans *enfant*; pronunciatur: *fam*, *anfan*. *Excip.* ſi non ſunt in eadem ſyllaba, aut, alterum *m* vel *n* ſequitur, aut ponitur *i* ante ejuſmodi *e*, tunc pronunciatur, ut eſt, & non mutatur, vg. *menace* comminatio, *ennemi* hoſtis, *moïen* medium; pronunciatur: *menas*, *ennemi*, *moien*.

I 1mo ante *n* in fine vocis, pronunciatur ut apud Polonos *ę* vg. *le matin* mane, *le Palatin* Palatinq; pron. *le matęń*, *le Palatęń*. *Excip.* ſi ponatur poſt ejuſmodi *n*, litera *e*, tūc *i* pronun-

ciatur, ut est, simpliciter, vg. *la Palatine* Palatina; pron: *la Palatin.* 2*do* quando ut consonans ponitur ante Vocal. a,e,i,o,u, pronunciatur ut *z. vg.* hortus *jardin*, projicere, *jetter* &c. pron. *zardẽ*, *zettẽ*.

O ante *n*, in fine vocis, pronunciatur, ut apud Polonos *ą*. vg. *bon* bonus; pron: *bą*. Iam verò ante duplex *nn*, pronunciatur ut apud Lat. vg. *bonne* bona, *perſonne* nemo; pron: *bon*, *perſon*.

V debet pronunciari moliter acſi *i* haberet ante ſe, vg purus *pur*, aſſecurare *aſſurer*; pron. *piur*, *aſſiure*; ita tamen, ut medietas tantùm literæ *i* & literæ *u* ſonet. Exc. cõmunis *commun*, ubi *u* pronunciatur acſi *e* eſſet ante illud.

§. II.

De Diphtongis & Triphtongis.

A I Semper pronunciatur ut *e*, vg. *maiſon* domus, *mais* ſed; pron. *mezą*, *me*.

AV & EAV Pronunciatur ut *o*, vg. *haut* altus, *chapeau* pileus; pron: *ho*, *ſapo*.

EI ut *e* ſed obſcure, vg. Conſilium *conſeil*, plenus *plein*; pron: *conſel*, *pleń*.

EV & OEV ut *é* ſed craſsè, & producendo, compreſſo ore, vg. *feu* ignis; pron. *fee*.

OI ut *oa*, vg. Rex *roi*, veſper *ſoir*, bibere *boire*; pron. *roa*, *ſoar*, *boar*. *Excip.* In Imperfectis tum Indicat. tum Conjunc. modi, pronunciatur ut *e*, vg. *il ſeroit*, ille eſſet, *il avoit* ille habebat; pron: *i-ſere*, *i-lave*. Quod etiam in aliis vocibus obſervatur, vg. apparere *paroitre*, Polonus *Polonois*, &c, pron. *paretr*, *Polone*.

OV Pronunciatur ut apud Latinos *u* vg. *Nous* nos, *Vous* vos, *bout* finis; pron. *nu*, *vu*, *bu*. Inde *oui* pronunciatur ut *ui* una ſyllaba.

§. III.

De Conſonantibus.

B Pronunciatur ut apud Latinos & Polonos.

C, ç, *ch.* *c*, ante *e* & *i*, ut *ſ*, vg. Ciceron, pron. *ſiſſeron*; ante *a*, *o*, *u*, ut *K*. *vg. car* nam, *encore* adhuc; pron: *kar*, *ankor*. ç ſemper pronunciatur ut *ſ*. vg. Puer *garçon*, receptus *reçu*; pron. *garſſõ*, *reſſiu*. *Ch* ut ſz, vg. *cheval* equus, *chaud*, calidus; pr. *ſval*, *ſo*. Niſi ſequatur *r*, tunc pron: ut: *k*, vg. *Chriſt*, pr. *kri*.

D In fine vocis, quando ſequitur altera vox à Vocali incipiens, mutatur in *t*. vg. quando ille erit, *quand il ſera*; pr. *kan-ti ſera*.

F ita ut apud Latinos.

G ante *e* & *i* pronunciatur ut z, vg. *gêlée* gelu, *gens* populus, *gibet* patibulum; pron: *zelé*, *zan*, *zibe*. Poſitum ante *n*, pronunciatur molliter ut *i*, vg. *Compagnon* ſocius; pron: *companig*. 3*tio* Quando poſt *g* ponitur *u*, tunc ſi eſt in fine, pronunciatur ut *k*; ſi autẽ eſt in principio vel in medio, pronunciatur ut ſolum *g*. vg. lingva *langue*, bellum *guerre*; pr: *lank*, *ger*.

H in aliquibus non exprimitur, & in aliquibus vocibus exprimitur, *vg*. *l'homme* homo, *l'honneur* honor, *hardi* audax, *la honte* pudor; pron. *lom*, *loner*, *hardi*, *lahõt*.

L pronunciatur ut apud Latinos, præterquàm, quod aliquando reticeatur, vg. aliquid *quelque choſe*; pron. *kek ſos*. Et quòd poſt *i* ſummè moleſcat, ita, ut videatur eſſe ante hancce literam *i*, vg. *tailler* ſcindere; pron: *tailé*, ſive *talié*.

M, *N*, *P*, ſicut apud Latinos; niſi quòd *n*, in fine ſyllabarũ exprimatur quaſi per nares.

Q ante *u* poſitum pronunciatur ſemper, ut *k*, vg. *Requête* ſupplex libellus, *quiter* relinquere; pron: *reket*, *kite*.

R ut apud Latinos.

S poſitum inter duas Vocales, ſemper etiam in fine, pronunciatur ut *z*, vg. *poſer les armes*, deponere arma; pron: *poze lé zarm*; in principio verò ut ſſ. vg. *ſoldat* miles. lége: *ſſolda*.

T ut *s*, vg. *condition* conditio, *partial* partialis; pr.

con-

condisiq , parsial. *Excip:* Voces desinentes in *tié* ut *amitié* amicitia, *pitié* misericordia; Item: in *tien*, ut *entretien* congressus; Item, *mixtion, question*; in quibus *t* ut est pronunciatur.

V ut apud Latinos.

X ut *z*, & inter duas vocales ut *ss*, vg. *soixante* sexaginta, *aux hommes* hominibus; pr: *jouissant, o-zom.*

Z pronunciatur ut est, vg. *par hazard* fortuitò lege: *par azar.* Hæc & reliqua melius bonus Magister, & usus, docebunt.

CAPUT 2*dum*

De Notis Orthographicis.

DE his, quæ communes sunt tam Latinæ quàm Gallicæ Linguæ, Orthographiæ Notis, nihil hìc tradetur, ut de commate, periodo, &c. quomodò & quando debeant scribi; Sed solum de iis, quæ sunt propriæ Gallico Idiomati, ut de Apostropho, Diæresi, Divisione, & Accentibus.

APOSTROPHUS scribitur sic:' & est signum omissæ Vocalis; quando enim post istas voces: *je, me, te, se, le, la, que, de, ce, ne,* ponitur aliqua Vocalis, tunc Vocalis in fine harum vocum eliditur, & locò illius ponitur ejusmodi Nota, vg. *j'ai* habeo, *l'ame* anima; & pron: *ze, lam.* *Si,* apostrophatur etiam, quando *il* vel *ils,* sequitur, aliàs nunquam, vg. *s'il avoit; s'ils avoient; si elle avoit.*

DIÆRESIS scribitur sic .. & est signum quod sint duæ Vocales distinctæ & non Diphtongus, vg. *païs, Müse,* ne legatur: *pe* &c. Ponitur etiam super *ë*, in fine Vocum desinentium in *ue.* vg. *Nuë* nubes, *vuë* visus, *&c.*

DIVISIO scribitur -, ad distinctionē vocū in pronūciatione simul unitarū, vg. *parle-t-il,* loquitur ne; quod pron: *parlti.*

ACCENTUS, Acutus scribitur super *e* quod clarè pronūciari debet, vg. *charité, aimé.* *Gravis,* ponitur, super *à* Dativo Articuli, *là* Adverbio ibi, & *où* Adverbio ubi, ad differentiam *a* verbi habet, *la* Articuli Fæm & *ou* Conjunct: vel. Aliqui etiam scribunt: *après, auprès, exprès, dès que.* *Circumflexus* significat literam rejectam, vg. *âge, être;* scribebatur enim olim: *aage, eſtre.*

JNSTRUCTIO
Secunda
De Ethymologia Gallica.

PArtes Orationis, ut in omni lingva, ſic & in Gallica, ſunt octo; ſed cùm de Participio nihil, de Partibus Indeclinabilibus parum ſit, igitur tantùm erit cap. 1. de Nomine. 2. de Pronomine, 3. de Verbo. De Partibus verò Indeclinabilibus *in Inſtruct: 3tia.*

CAPUT *1mum*
De Nomine.

TRactandum eſt hìc 1. de Declinationibus Nominum; 2. de Generibus; 3. quomodo formentur Subſtantiva & Adjectiva Fæminina à Maſculinis; 4. de Numero Plurali; 5. de Comparatione.

§. I.
De Declinationibus Nominum.

NOmina apud Gallos non declinantur, ſeu non variantur per caſus, ſed nonniſi eorum Articuli, ſine quibus rariſſimè ponuntur. Porro Articulus eſt 3plex: Definitus, Indefinitus, & Partitivus.

1. *ARTICVLVS DEFINITVS* eſt, *Le* gen. Maſc. & *La* gen. fæm. quo utimur, *1mò* cum Appellativis determinatis, vg. *le ciel* cælum, *la terre* terra. *2do* cum Propriis Montium, Fluviorum; Regnorum, Provinciarum, vg. *la Viſtule*; *la Pologne*. Præter Genitiv. & Abl. vg. *Roi de Pologne; de France*; ubi Art. Indef. ſervit. *3tio* ante iſta Adjectiva: *autre* alius, *ſainte* ſanctus, *bon* bonus, & alia, præſertim cum

ſine

sine subſtantivis ponuntur. Item *le mien* meo, & similia Poſſeſſiva, sine subſtantivis poſita. *Itẽ* poſt iſtas voces: *tout, Monſieur, Madame &c.* Si nomen incipiat à vocali, tunc apoſtrophatur sic: *l'*, ut ſupra dictum eſt, & valet tam pro genere Maſc. quàm Fæm.

Exemplum Declinat: cum Artic: Definito.

Sing.	*Maſcul.*	*Fæmin.*	*cum Apoſtr.*
Nom.	*le Pere*	*la Mere*	*l' enfant*
	Pater.	Mater.	infans.
Gen.	*du Pere*	*de la Mere*	*de l'enfant*
	Patris.	Matris.	infantis.
Dat.	*au Pere*	*à la Mere*	*à l' enfant*
	Patri.	Matri.	infanti.
Acc.	*le Pere*, ut Nõ.	*la Mere*	*l' enfant*
	Patrẽ.	Matrem.	infantem.
Voc.	*ô Pere !*	*ô Mere*	*ô enfant !*
	ô Pater.	ô Mater.	ô infans.
Abl.	*du Pere*, ut Gen.	*de la Mere*	*de l' enfant*
	à Patre.	à Matre.	ab infante.

Plur.	*Maſcul.*	*Fæmin.*	*cum Apoſtr.*
Nom.	*les Peres*	*les Meres*	*les enfans*
	Patres.	Matres.	infantes.
Gen.	*des Peres*	*des Meres*	*des enfans*
	Patrum.	Matrum.	infantum.
Dat.	*aux Peres.*	*aux Meres*	*aux enfans*
	Patribus.	Matribus.	infantibus.
Acc.	*les Peres*, Nom.	*les Meres*	*les enfans*
	Patres.	Matres	infantes.
Voc.	*ô Peres !*	*ô Meres !*	*ô enfans !*
	Patres !	Matres !	in fantes !
Abl.	*des Peres*, Gen.	*des Meres*	*des enfans*
	à Patribꝰ	à Matribus.	ab infantibus.

Sic: *le Prince, le livre*, &c.	Sic: *la maiſon, la face*, &c.	Sic: *l' honneur, l'ame*, &c.

2. *ARTICVLVS INDEFINITVS* eſt cõmunis Generi Maſc. & Fæm. Numero Sing. & Plur. ante Vocalem pariter apoſtrophatur. Utimur illo *imo*

cum Proprijs Virorum, Fæminarum, Urbium, Pagorum, Mensium, vg. *Auguste*, *Varsovie*, *Avril*, &c. Cum Nominibus Numeralibus cardinalibus, vg. *huit jours*, &c. 2*do* Cum Pronominibus: *ego*, *tu*, *ille nos vos*; Item *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester*, *hic*, *qui*; dum ponuntur cum suis Substantivis, vg. *Vôtre esprit*, &c. 3*tio* post Adverbia quantitatis, qualia sunt, *beaucoup* multum, *peu* parum, *rien* nihil, &c. vg: *beaucoup de bruit*, *& peu d'effet*: multum rumoris, & parũ effectûs. Dicitur etiam: *Maitre de danse*, *Homme de gerre*, *Joueur de lut*, &c Vocatur *Indefinitus*, quia ejus modi Nomina, cum quibus ponitur, nullo Articulo in casu Nominativo definiuntur.

Exemplum Declinat. cum Artic: Indefinito.

Masc.	*Fæmin.*	*Cũ Apostr.*
N. Dieu. Mon Sauveur.	Marie. Notre Dame,	Antoin.
G. *de* Dieu. *de* Mon Sauveur	*de* Marie. *de* Notre Dame	*d'* Antoin
D. *à* Dieu. *à* Mon Sauveur.	*à* Marie. *à* Notre Dame	*à* Antoin.
A. Dieu. Mon Sauveur.	Marie. Notre Dame,	Antoin.
A. *de* Dieu. *de* Mon Sauveur	*de* Marie. *de* Notre Dame	*d'* Antoin
Sic: *Moi*, *lui*, &c.	Sic: *Paris*, *Cracovie* &c.	Sic. *Amsterdã* &c.

3. *ARTICVLVS PARTITIVVS* seu Quantitativus, nil aliud est, nisi genitivus? Defin: Articulus quo utimur quandò sermo est de parte, seu rebus indeterminatis, alicujus totius, vel multitudinis, vg. Date panem, carnem, aurum, &c. Si dicitur de re certa & determinata, videlicet, de hoc pane, de hac carne, de hoc auro, tunc utimur Artic: Defin. (de quo supra,) sic: *Donnez le pain*, *la viande*, *l'or*; Si verò dicatur indeterminatè, tunc utimur hôc Artic. Partitivo, sic: *Donnez du pain*, *de la viande*, *de l'or*. Pariter quando dicitur vg. Mercatores advenerunt &c. Si hi certi Marcatores, dicitur Gallicè: *les Marchands*

chands ſont arrivès; ſi autem de aliquibus indeterminatis ſermo ſit, dicitur: *des Marchands ſont arrivés* &c. *Not:* ſi aliquod Adjectivum præcedat ejuſmodi Nomina, utimur Artic. Indef. *de*, vg. *de bon pain, de bonne viande*, &c. Idem, qdo Subſtantivum aliquod præcedit, vg. *un morceau de pain.*

Exemplum Declin. cum Artic. Partitivo.

Singul. Maſcul.	*Fæmin.*	*Cum Apoſt.*
N. *du vin* Vinum.	*de la bierre* Cereviſia	*de l'eau* aqua.
G. *de vin* vini. &c.	*de bierre* cereviſiæ &c.	*d'eau* aquæ &c.
D. *à du vin.*	*à de la bierre.*	*à de l' eau.*
Ac. *du vin.*	*de la bierre.*	*de l' eau.*
Ab. *de vin.*	*de bierre.*	*d' eau.*

Plural. Maſcul.	*Fæmin.*	*Cum Apoſtr.*
N. *des boeufs* boves. &c.	*des Vaches* Vaccæ. &c.	*des animaux.* animalia &c.
G. *de boeufs*	*de Vaches*	*d' animaux.*
D. *à des boeufs.*	*à des Vaches.*	*à des animaux.*
Ac. *des boeufs.*	*des Vaches.*	*des animaux,*
Abl. *de boeufs.*	*de Vaches.*	*d' animaux.*

Sic: *du papier, du tabac* &c.	Sic: *de la cire, de la neige* &c.	Sic: *de l'encre, de l'argent* &c.

Juxta quoſdam Grammaticos datur adhuc *Articulus Vnitatis*, quo utimur, cùm aliquod individuum vagé in Numero Singulari ponitur, vg. *Vn homme; un livre*; quidam homo; liber. Sed quoniam, illi ſolùm additur Artic. Indefinitus cũ Apoſtr. nihil ſpecialiter hìc de illo dicetur. Declinatur enim ſic: Nom: *Vn Prince;* Gen: *d' un Prince*; Dat: *à un Prince*, &c. Idẽ de Fæminino: *Vne*, vg. *Vne femme, d' une femme*, &c. In Num. Plur. *des*, ut ſuperius.

§. II.

De Generibus Nominum.

GEnera apud Gallos tantum ſunt duo: *Maſculinum*, & *Fæmininum*. Quæ autem Nomina ſunt Generis

Generis Masculini, & quæ Fœminini, ex triplici sequenti Modo patebit, nempe: *ex Significatione*, & *Terminatione*.

Gen: Mascul: ex Significatione: *Gen. Fœmin:*

1. NOmina Deorum, Angelorũ, Virorum, vg. *Iupiter*, *Michel*; *Pape* Pontifex, *Peintre* Pictor, &c.

2. Nomina tempus significantia, ut sunt, Mensium, & dierum, ac 4. Anni partium, vg. *Ianvier* Ianuarius, *le dimanche* Dies Dominica, *le printems* ver, &c. Item: *le jour* dies, *le matin* mane, *le midi* meridies, *le soir* vesper, *l' heure* hora, hinc: *le bonheur*, *le malheur*.

3. Nomina Regnorum, Provinciarum, Urbium, vg. *le Dannemarc* Dania, *le Portugal* Portugalia; *Paris* Parisij, *Lion* Lugdunum, &c. Excip. *vide* 3.

4. Nomina Arborum & Metallorum, vg *un Poirier* pirus, *le chêne* quercus; *l'étain* stannum, *le fer* ferrum, &c. *le loüis d'or* aureus nummus in Gallia, *un écu* imperialis, &c.

5. Aliqua Nomina Fluviorum, ut: *le Rhin* Rhænus, *le Rhone* Rhodanus, *le Tibre* Tiberis, *le Danube* Danubius, *le Mein* Mænus, *le Nil* Nilus; & alia quæ in ipsa lingua Polonica sunt Mascul: generis.

1. NOmina Dearum, Mulierum, vg. *Iunon*, *Anne*; *Religieuse* Monialis, *Lingere* Lintearia, &c.

2. Nomina Festorum; qualia sunt: *la Toussaints* Festum Omnium SS. *la Trepassés* Comm. Fidel. Defunct. *la Saint Iean* Festum S. Ioannis, &c. *Pentecôte* Pentecostes, &c. Item: *la nuit* nox, *la minuit* media nox, *la mi Mai* medius Majus, *la mi-Aoüt* medius Augustus, &c.

3. Nomina Regn. Prov. & Urbium, quæ desinunt in *e*, vg. *l' Allemagne* Germania, *la Pologne* Polonia, *la France* Gallia; *Rome*, *Venise*, &c.

4. Nomina Fructuum, vg. *la Pomme* pomum, *la cerise* cerasum, &c Et Arborum hæc: *la Palme* palma; *la vigne* vitis, *la ronce* sentis, *l' épine* spina.

5. Reliqua Nomina Fluviorum, ut: *la Seine* Sequana, *la Vistule* Vistula, *la Loire* Ligeris, *la Tamise* Tamisis, *la Mosselle*, *la Meuse*, *l' Odere*, *la Sprée*, &c. &c.

Gen:

Gen: Masc. ex Terminatione: *Gen: Fæmin:*

b. c. d. finita, vg. *le plomb* plumbum, *le bec* rostrum, *le bouc* hircus, *le nid* nidus, *le pied* pes, &c.

é cum accentu, finita, vg. *le congé* licentia, *le degré* gradus, &c. Excip. *vide* (1.)

e sine accentu, finita, vg. *le voyage* iter, *le heritage* hæreditas, &c. Item: *le deluge* diluvium, *le blame* vituperium, *le bateme* baptismus, *le siege* sedes, *le nombre*, *le conte* numerus, &c. Item: quæ à Latinis Masculini generis procedunt, vg. *le cercle* circulus, *le globe* globus, &c. Excip (2.)

f g finita, vg. *le boeuf* bos, *le sang* sanguis, &c. Ex (3).

i. l. m finita, vg. *le souci* cura, *le fil* filum, *le renom* fama, &c. Exc. (4.)

n. o p. q. finita, vg. *un an* annus, *le coin* angulus; *le camp* campus, *le coq* gallus, &c (5)

r. finita, vg. *le char* currus, *le danger* periculum, *le plaisir* voluptas, *le coeur* cor, *le labeur* labor, *le bonheur* felicitas, &c. (6.)

s. finita, vg. *le pas* passus, *le repas* convivium, *le repos* quies. &c. (7.)

t. finita, vg. *le salut* salus, *l' habit* vestis, &c. Excip. (8.)

u. finita, vg. *le fètu* festuca

(1.) *té* & *tié* finita, quæ à Latinis in *tas* vel *tia* derivantur, vg. *la cruauté* crudelitas, *l' amitié* amicitia; *la beauté* formositas, &c.

(2.) *la cage* cavea, *l' image* imago, *la rage* rabies, *la page* pagina, Item: *la neige* nix, *la vie* vita; & quæ proveniunt à Latin Fæmin. vg. *la grace* gratia, *la langue* lingua, *la plage* plaga, &c. Item: *nce* & *ude* finita, à Latinis in *ntia* & *udo* provenientia, vg *la presence* præsentia, *la beatitude* beatitudo, &c. Item, desinentia in *ade*, *ime*, *eine*, *ume*, *ere*, *ure*, *esse*, *uë*, vg. *la salade* acetarium, *l' estime* æstimatio, *la peine* pœna, cura, *la coutume* mos, *la maniere* modus, *la nature* natura, &c.

(3.) *La clef* clavis, *la nef* navis, *la soif* sitis.

(4.) *La merci* gratia, *la fourmi* formica, *la foi* fides, *la loi* lex, *la paroi* paries; *la faim* fames.

(5.) *La boisson* potus, *la cloison* sepimentū, *la façon* modus, *la fin* finis, *la main* manus, *la foison* copia, *la maison* domus, *la moisson* messis, *la toison* vellus, *la prison* carcer. Item, desinentia in *çon*, *son*, & *ion*, provenientia à Verbalib9 Latinis in *io*, vg. *la leçon* lectio, *la raison* ratio, *la version* versio, &c.

(6.)

Gen. Mascul.

ca, *le feu* ignis, *le chapeau* pileus, &c. (9.)

x. finita, vg. *le choix* electio, *le couroux* ira, &c. (10.)

y. z. finita, vg. *le delay* dilatio, *le nez* nasus, &c.

Mascul. Generis, præterea sunt, Infinitivi verborum pro Nomine sumpti, vg. *le dormir est aussi necessaire à l'homme, que le boire & le manger*: somnus æquè est homini necessarius, ac potus & cibus. *Item*, Adjectiva substantivè posita, vg. *le certain pour l'incertain*: certū pro incerto. *Item*, Adverbia & Præpositiones, nominaliter accepta, vg. *un peu* parum, *le dehors* extra, &c.

Gen. Fæmin.

(6.) *L'air* aër, *la chair* caro, *la cour* aula, *la cuillier* cochlear, *la mer* mare, *la tour* turris. Itē reliqua desinentia in *eur*, provenientia à Latin. in *or*, vg. *la douleur* dolor, *la ferveur* fervor, &c.

(7.) *La brebis* ovis, *la souris* mus, *une fois* semel.

(8.) *La dent* dens, *la forêt* sylva, *la mort* mors, *la part* pars.

(9.) *La peau* pellis, *la tribu* tribus, *la vertu* virtus, *la glu* viscus, *la bru* nurus.

(10.) *La chaux* calx, *la croix* crux, *la noix* nux, *la paix* pax, *la poix* pix, *la perdrix* perdix, *a queux* cos, *la toux* tussis, *la voix* vox.

NOMINA utriusq; Generis, secundùm diversam Significationem: *livre* liber *masc.* libra *fem.* *Manche* manubium *m.* manica *f.* *Memoire* memoriale *m.* memoria *f.* *Page* Ephebus *m.* pagina *f.* *Periode* finis rei alicujus *m.* finis Orationis *f.* *Temple* templum *m.* tempus in capite *f.* *Voile* velamentum *m.* velum navigij *f.*

§. III.

De Formatione Substant: & Adject. Gē. Fæm.

TAm Substantiva quàm Adjectiva Fæmin. formantur à suis Masculinis, adjectâ in fine literâ *e*, vg. *le Marchand* Marcator, *la marchande* marcatrix; *le berger* Pastor, *la bergere*; *grand* magnus, *la grande*; *aisé* facilis, *aisée*, *joli* jucundus *jolie*, &c. *Excipiuntur* generaliter:

1.

1. Masculina desinentia in *l, n, s, t,* assumunt in fine fæmin: *le, ne, se, te.* vg. *Le rival la rivalle,* rivalis; *nul* nullus, *nulle, pareil* par, *pareille; le Baron, la baronne; le chien* canis, *la chienne; le bon* bonus, *la bonne, le mien* meus, *la mienne; Le gras* pinguis, *la grasse, gros* crassus, *grosse; net* mundus, nitidus, *nette* &c. *Excip.* hinc *Compagnon* socius, *compagne; larron* fur, *larronesse; petit, petite, gris, grise, prudent, prudente,* & similia, quæ e tantùm admittunt.

2. Masc. desinentia in *c,* in fæmin. habent *que,* vg. *public* publicus, *publique; caduc caduque, Grec Greque,* &c. Excip: *blanc* albus *blanche; franc* liber, ingenuus, *franche; sec* siccus *seche;* Item: *Duc* dux, *Ducheſſe.*

3. Masc. in *f, g,* & *p,* in fæmin. finiuntur in *ve,* vg. *Neuf* novus *neuve, veuf* viduus *veuve,* &c. *long* longus, *longue; loup* lupus, *louve.*

4. Masc. in *eau,* in fæmininis habent in *elle,* vg. *maquereau* leno, *maquerelle; beau* pulcher *belle, nouveau* novus *nouvelle;* sic: *vieux* senex *vieille,* &c. Hæc tria Adject. *beau, nouveau,* & *vieux,* si Substantivum incipiat â Vocali, vel â *h* aspirabili, sive sit Masculinum sive fæmin. vertuntur in *bel, nouvel, vieil.*

5. Masc. desinentia in *eux* & *eur,* in fæmin. *x,* & *r,* mutant in *se,* vg. *heureux* felix, *heureuse; Menteur* mentitor, *menteuse,* &c. Excip: *Doux* dulcis, *douce, faux* falsus *fausse.* Item: *Electeur, Protecteur, Empereur,* & similia, habent *Electrice, Protectrice, Emperatrice,* &c. *Gouverneur* Director, *Gouvernante; Serviteur* servus *servante, Pecheur* peccator *pechereſſe* &c.

6. Irregularia sunt præterea aliqua, vg. hæc: *Dieu Deeſſe, Roi Reine, Prince Princeſſe; crud* crudus, *cruë, nud* nudus *nuë, épais* spissus *épaiſſe, frais* recens *fraîche.* Item: *le cerf* cervus, *la biche* cerva; *coq* gallus, *paule* gallina; *le cheval* equus, *la jument* vel *la cavale* equa.

§. IV.

De Formatione Numeri Pluralis.

Quàmvis Nomina, ut jam innuimus, non variantur quò ad casus, variantur tamen quò ad Nume-

merum. Omnia assumunt in Plurali literam *s* in fine, vg. *le Seigneur* Dominus, *les Seigneurs* Domini; *Pere Peres*, *homme hommes*, &c. *Excipiuntur* hæc:

1. Nomina, desinentia in *au*, *eu* & *ou*, assummunt in plurali *x*, vg. *le moineau*, passer, *les moineaux*; *le feu* ignis, *les feux*; *le clou* clavus *les cloux*; &c.

2 Desinentia in *al* & *ail*, mutant in Plurali *al* & *ail* in *aux*, vg. *cheval chevaux*, *travail* labor *travaux*, &c. Sic *le ciel* cælum, *les cieux*, *le genouil* genu, *les genoux*, &c. nunc etiam scribitur: *le genou*.

3. Desinentia in *t*, in plur. mutant *t*, in *s*, vg. *l'enfant les enfans*, *content* contentus *contens*, &c. Sic: *tout* omnis *tous*; *Excipiuntur* tamen cætera Monosyllaba, ut: *le mot* verbum *les mots*, *la dent* dens, *les dents*, &c.

4 Desinentia in *s*, *x*, & *z*, nullam in Plurali patiuntur mutationem, vg. *le Palais* palatium, *les palais*; *la voix les voix*, *le nez les nez*, &c.

5. Irregulare est: *l'oeil* oculus, habet in Plur. *les yeux* oculi.

§. V.

De Gradibus Comparationis.

GRadus Comparationis ut apud Latinos ita & apud Gallos sunt, tres: *Positivus*, ut *riche* dives; *Comparativus*, qui fit addendo ad Positivum, particulam *plus*, (quam debet sequi *que*) ut: *plus riche* ditior; *Superlativus*, si præponatur Positivo *trés* vel *fort*, vel etiam Comparativo *le* aut *la*, juxta diversitatem Generis, ut: *tres riche* vel *fort riche*, vel etiam *le plus riche* ditissimus, *la plus riche* ditissima. Idem de Adverb. ut *sagement* doctè, *plus sagement* doctiùs, *tres*, *fort* vel *le plus sagement*, doctissimè. *Excip.* hinc:

1. *Bon* bonus, *meilleur*, *tres bon* vel *le meilleur*; sic: *bien* bene, *mieux*, *fort bien* vel *le mieux*. 2. *Mauvais* malus, *pire*, *trés mauvais* vel *le pire*; sic: *mal* male, *pis*, *trés mal* vel *le pis*. 3. *Petit* parvus, *moindre*, *fort petit* vel *le*

plus

plus petit; sic: *Peu* parum, *moins*, *fort peu* vel *le moins*. *Beaucoup* multum, *plus*, vel *d'avantage*, *le plus*.

CAPUT 2*dum*
De Pronomine.

PRonomina apud Gallos sunt 6plicia, nempe: Personalia, Possessiva, Demonstrativa, Relativa, Interrogativa, & Indefinita; quæ singula iterum sunt 2plicia: *Conjunctiva*, quæ semper conjunguntur alicui partium Orationis, nec sola in Oratione poni possunt; & *Absoluta*, quæ absq; alia Orat: parte, sola ponuntur.

1. *PERSONALIA*, Conjunctiva sunt: *je* ego, *tu* tu, *il* ille, *elle* illa; *Nous* nos, *Vous* vos, *ils* illi, *elles* illæ; & ponuntur semper cum Verbis, vg *je lis* ego lego, *tu lis* tu legis, *il* vel *elle lit* ille vel illa legit; *Nous lisons*, *vous lisez*, *ils* vel *elles lisent*, &c. Absoluta sunt: *moi* ego, *toi* tu, *lui* ille, *elle* illa; *Nous* nos, *Vous*, vos, *eux* illi, *elles* illæ; quæ ex se non petunt, ut cum Verbis ponantur, vg. *qui est là?* quis est ibi? *moi* ego; & non je; vel: *lui* ille, & non *il*; vel: *eux* illi; &c. Declinantur autem hoc modo.

Singul:				His.
Nom. *moi*	*toi*	*lui*,	*elle*,	additur.
ego.	tu.	ille.	illa.	- -
G. *de moi*	*de toi.*	*de lui*	*d'elle*	*de soi*
mei.	tui.	illius.	illius.	sui.
D. *me, moi, à moi,*	*te, toi, à toi*	*lui, à lui,*	*lui, à elle*	*se, à soi.*
mihi.	tibi.	illi.	*illi.*	sibi.
A. *me, moi*	*te, toi,*	*le, lui,*	*la, elle,*	*se, soi.*
me.	te.	illum.	illam.	se.
A. *de moi,*	*de toi*	*de lui,*	*d'elle,*	*de soi.*
à me.	à te.	ab illo.	ab illa.	à se.

Plur:

Plur.				
N. *Nous*	*Vous*	*eux*	*elles*	
nos.	vos.	illi.	illæ.	
G. *de nous*	*de Vous*	*d'eux*	*d'elles*	*de soi.*
noſtrûm.	veſtri.	illorum	illarum.	ſui.
D. *Nous, à nos,*	*Vous, à vos,*	*leur, à eux*	*leur à el-*	*ſe, à ſoi.*
nobis.	vobis.	illis.	*les*, illis.	ſibi.
Ac. *Nous*	*Vous*	*les, eux,*	*les, elles.*	*ſe, ſoi.*
nos	vos.	illos.	illas.	ſe.
Ab. *de Nous*	*de Vous*	*d'eux*	*d'elles.*	*de ſoi.*
à Nobis.	à vobis.	ab illis.	ab illis.	a ſe.

Dativis & Accuſativis, *me, te, lui, le, la, ſe,* utimur præcipuè, quando ponuntur ante Verbum, vg. *Vous me dites*, vos mihi dicitis; *il lui dit* ille illi dicit, *&c.* Reliquis vero ijſdem caſibus, ut: *moi, à moi, toi* &c. utimur, quando poſtponuntur verbo, vg. poſt Imperativum: *Dites moi & à lui*, dicite mihi & illi, *&c.*

2. *POSSESSIVA*, Conjunctiva, ſive, quæ, nunquàm ſola ſed ſemper cum Subſtantivis adhibentur, ſunt: *Mon, ma*, meus, mea; *ton, ta*, tuus, tua; *ſon, ſa*, ſuus, ſua; *Nôtre*, noſter, noſtra; *Vôtre* Veſter veſtra; *leur* illorum illarum. Declinantur cum Artic. Indefinito; In Plurali habent pro utroq; Genere: *mes, tes, ſes, nos, vos, leurs.* vg. *Mon frere, ma joye; de mon frere, de ma joye*; &c. *Mon, ton*, & *ſon* ponuntur etiam cum Subſt. Generis Fæminini, ſi incipiant, à Vocali, vel *h*, aſpirabili, vg. *Mon ame* mea anima; *ton agrément* tuus decor, *&c.* Abſoluta ſunt: *le mien, la mienne*, meus mea; *le tien, la tienne*, tuus tua; *le ſien, la ſienne* ſuus ſua; *le nôtre, la nôtre* noſter noſtra; *le Vôtre, la vôtre*, veſter veſtra; *le leur, la leur*, illorum illarum. Utimur illis, ſine Subſtantivis; Declinantur, ut patet, cum Artic. Definito; In Plurali, *s* in fine aſſumunt, vg. *De ces*

livres

livres qui eſt le Votre? ex his libris qui eſt veſter? *voici le mie*, ecce hic meo; *voila les vôtres*, ecce ibi veſtri; &c

3. *DEMONSTRATIVA*, Conjunctiva ſunt: *ce* hic, *cette* hæc; & *cet*, ante ſubſtantivum à Vocali, Generis Maſcul. vg. *ce Maître* hic Magiſter, *cette grace* hæc gratia, *cet affront* hæc contumelia. In Plurali omnia hæc tria, habent: *ces*. Abſoluta ſunt: *celui* hic, *celle* hæc; In Plur: *ceux* hi, *celles*. hæ. Utraq; tam videlicet Conjunctiva, quã Abſoluta utuntur ſemper Artic: Indefinito. Adverbia: *ci* hic, *là* ibi, uſitatiſſimè ipſis adjunguntur, tali modo: *ce Monſieur-ci* iſte hic Dominus, *cette Dame-là* iſta ibi Domina; *celui-ci* iſte hic, *celle-ci* iſta hic, &c.

4. *RELATIVA*, Conjunctivum eſt ſolùm unicum pro utroq; Genere & Numero: *Qui*, qui, quæ; Et declinatur ſequenti modo: Nom. *qui*; G. *de qui*, vel, *dont*; D. *à qui*; Ac: *que* vel *qui*; Ab. *de qui* vel *dont*. Abſoluta ſunt: *le quel* qui, *laquelle* quæ; gaudent Artic: Definito. *Ce que*, vel, *ce qui*, eleganter ponitur pro Relativo Latino: Quod.

Particulæ Relativæ præterea ſunt hæ: *en*, *y*, *le*, *a*, *les*. *En*, refertur ad Articulum: *du*, *de la*, *del'*, *des*, vg. *avez vous du beurre*, *de la viande*, *de l'eau*, *des Pommes?* habetis ne butyrum, carnem, aquam, poma? *oui*, *j'en ai*, ita, habeo; vel: *je n'en ai pas*, non habeo; Ubi *en* repræſentat ſubſtantivum antè dictum. Significat etiam *en*, inde, item, *in*, vg. *j'en viens*, inde venio; *en repos*, in quiete; ſed de hoc alibi. *Y* refertur ad locũ, vg. *le Roi eſt-il au jardin?* Rex eſtne in horto? *il y eſt*, eſt ibi; vel: *il n'y eſt pas*, non eſt ibi; id eſt: in horto. Ponitur etiã aliquãdò pro Pronomine: *cela* hoc, vg. *Ie n'y ai pas pris garde*, hoc nõ adverti; *I'y penſerai*, de hoc cogitabo; &c. *Le*, *la*, & *les*,

referuntur ad ſua Subſtãtiva in caſu Accuſativo, vg. *avez vous vû mon ami?* vidiſti ne meũ amicũ? *je l'ai vû*, vidi illũ; *Avez vous trouvé ſa maiſon?* inveniſti ne ſuã *vel* illius domũ? *je l'ai trouvée*, inveni; *Avez-vous ſalüé vos Compagnons*, ſalutaſti ne tuos amicos? *je les ai ſalués*, ſalutavi. (Hic NB. qd Supina cũ Verbo *Avoir*, debent concordare in gen. & num. cũ ſuo Acuſativo, quãdò ejusmodi Acuſativo præcedit.) Ultimur deniq; Adverb. *où*, pro Abl. *in quo*, vel *in qua*; vg. locus in quo illum vidi, *le lieu, où je l'ai vû;* Platea in qua habitat, *la ruë, où il demeure.*

5. *JNTERROGATIVA*, Conjunctiva ſunt: *quel* quis, qualis? *quelle* quæ, qualis? cum Artic. Jndefinito, & cũ ſubſtãt: ponuntur. Abſoluta, ſive, quæ ſola ſine Subſtantivis accipiuntur, ſunt: *le quel* quis? *la quelle* quæ, & *quoi* quid.

6. *JNDEFINITA*, Conjunctiva ſunt: *quelque* aliquis; *chaque* quilibet; *aucun, nul*, nullus; *tout* omnis; *autre* alius; *même*, idem; quæ omnia, ſubſtantiva & Artic. Jndefinitum ſemper exigunt, exceptîs ultimîs duobûs quæ habent Artic. Definit. vg. *l'autre monde, le même Roi, la même choſe.* Abſoluta ſunt: *quelqu'un* aliquis, *chacun* quilibet, *perſonne* nullus, *autrui* alter, *quiconque* quicunque, *tel* &c.

CAPUT 3tium
De Verbo.

PErſonas & Modos, eoſdem habent Verba apud Gallos, quos habent apud Latinos; præter Tempora, quæ, in plura exdividuntur, ut patebit inferiùs. Alia quoq; Verba ſunt Perſonalia, & alia Jmperſonalia; Perſonalia, alia Activa, alia Paſſiva, alia Neutra, alia deniq; Reciproca; & hæc omnia, alia Regularia & alia Jrregularia. Quo

rum unum'quodq; in certis Temporibus utitur Verbo Auxiliari, cum suo proprio Supino. Unde hic erit: §. 1. de Verbis Auxiliaribus; 2. de Verbis Activis cæterisq; Regularibus; 3. de Irregularibus; 4. de Verbis Passivis, Neutris, & Reciprocis; 5. de Jmpersonalibus; 6. de quibusvis Verbis Negativè, & Interrogativè ponendis; 7 demum de usu Temporum cujusq; Verbi.

§. I.

De Verbis Auxiliaribus.

AUxiliaria Verba sunt duo: *Avoir* habere, & *Etre esse*. Verbo *Avoir* utuntur imprimis hæc ipsa Verba *Avoir* & *Etre*, deniq; omnia Verba Activa, & Neutra actionē significantia, nec nō, Verba Jmpersonalia in tertia persona. Verbū *Etre* adhibent Passiva, Neutra significantia motum, ut *sortir* exire, *partir* discedere, *venir* venire; Item: *mourir* mori, *croitre* crescere, *tomber* cadere, &c. Et Verba Reciproca. Conjugantur autē sic:

	AVOIR.	*ETRE.*
Jndicativi Præsens.	*J'ai*, ego habeo.	*Je suis*, ego sum.
	Tu as, tu habes.	*Tu es*, tu es.
	Jl v. *elle a*, ille v. illa habet	*Jl est*, ille est.
	Nous avons nos habemꝰ	*Nous sommes* nos sūꝰ
	Vous avez vos habetis.	*Vous êtes* vos estis.
	Ils v. *elles ont*, illi v. illæ	*Jls sont* illi sunt.
Præt. Imperfectū.	*J'avois* habebā. (habēt)	*J'étois* eram.
	Tu avois habebas.	*Tu étois* eras.
	Jl avoit habebat.	*Jl étoit* erat.
	Nous avions habebamꝰ.	*Nous étions* eramus.
	Vous aviez habebatis.	*Vous étiez* eratis.
	Jls avoient habebant.	*Jls étoient* erant.
Præt: Perfectū I.	*J'eûs* habui.	*Je fus* fui.
	Tu eûs habuisti.	*Tu fus* fuisti.
	Jl eût habuit.	*Jl fut* fuit.

Simplex.	*Nous eûmes* habuimus.	*Nous fumes* fuimus.
	Vous eûtes habuiſtis.	*Vous futes* fuiſtis.
	Jls eurent habuerunt.	*Jls furent* fuerunt.
Præt. Perfect. II.	*J'ai* (ſupin.) *eû*, habui.	*J'ai* (ſupinū) *été*, fui.
	Tu as eû habuiſti.	*Tu as été* fuiſti.
	Jl a eû habuit.	*Jl a été* fuit.
Cõpoſitum.	*Nos avons eû* habuimus.	*Nous avons été* fuimus.
	Vous avez eû habuiſtis.	*Vous avez été* fuiſtis.
	Jls ont eû habuerunt	*Jls ont été* fuerunt.
Præt. Pluſquã Perfect. I.	*J'avois eû* habueram.	*J'avois été* fueram.
	Tu avois eû habueras.	*Tu avois été* fueras.
	Jl avoit eû habuerat	*Jl avoit été* fuerat.
	Nous avions eû habuerãus.	*Nous avions été* fuerãus.
	Vous aviez eû habueratis	*Vous aviez été* fueratis
	Jls avoient eû habuerant.	*Jls avoient été* fuerant.
Præt. Pluſq. Perfect. II.	*J'eûs eû* habuerã.	*J'eus été* fueram.
	Tu eus eû habueras	*Tu eus été* fueras.
	Jl eut eû habuerat.	*Jl eut été* fuerat.
	Nous eumes eû habuerãmus.	*Nous eumes été* fuerãmus.
	Vous eutes eû habueratis	*Vous eutes été* fueratis.
	Jls eurent eû habuerãt.	*Jls eurent été* fuerant.
Futurum.	*J'aurai* habebo.	*Je ſerai* ero.
	Tu auras habebis	*Tu ſeras* eris.
	Jl aura habebit.	*Jl ſera* erit.
	Nous aurons habebimus.	*Nous ſerons* erimus.
	Vous aurez habebitis.	*Vous ſerez* etitis.
	Jls auront habebunt.	*Jls ſeront* erunt.
Jmperativus.	*Aye* habe.	*Sois*, ſis, vel, eſto.
	qu'il ait habeat.	*qu'il ſoit* ſit.
	Ayons habeamus.	*Soyons* ſimus.
	ayez habetote.	*ſoyez* eſte, vel, eſtote.
	qu'ils ayent habeant.	*qu'ils ſoyent* ſunto.
Optativi & Cõjunct: Præſens.	*J'aye* habeam.	*Je ſois* ſim.
	Tu ayes habeas.	*Tu ſois* ſis.
	Jl' ait habeat.	*Jl ſoit* ſit.
	Nous ayons habeamus.	*Nous ſoyons* ſimus.
	Vous ayez habeatis.	*Vous ſoyez* ſitis.
	Jls ayent habeant.	*Jls ſoient* ſint,

Je

Præt.	*J'aurois* haberem.	*Je serois* essem.
Imperf.	*Tu aurois* haberes	*Tu serois* esses.
Optati-	*Il auroit* haberet.	*Il seroit* esset.
vi.	*Nous aurions* haberemꝰ	*Nous serions* essemus.
	Vous auriez haberetis.	*Vous seriez* essetis.
	Ils auroient haberent.	*Ils seroient* essent.
Præt.	*J'eusse* haberem.	*Je fusse* essem.
Imper-	*Tu eusses* haberes.	*Tu fusses* esses.
Conjü-	*Il eut* haberet.	*Il fut* esset.
